



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

A. gr. b. 3182 (Volkmann)
Luidas



187.

<36636809530019

S

<36636809530019

Bayer. Staatsbibliothek

281

~~1772. 2/587~~

DE
SVIDAE BIOGRAPHICIS

QVAESTIONES SELECTAE

SCRIPSIT

DIDERICVS VOLKMANN
BREMANS

BONNAE
HENRY & COHEN
CICIDCCCLXI

BIBLIOTHECA
REGIA
MUNICHENSIS

Bayerische
Staatsbibliothek
München

ALMAE
LITTERARVM · VNIVERSITATI
VIADRINAE

SEMISAECVLARIA · CELEBRANTI

PIETATIS · GRATAEQVE · MEMORIAE

ERGO

D · D

DIDERICVS · VOLKMANN

Pecus est Suidas, sed pecus aurei uelleris.

Lambinus.

CAPVT I.

Suidas in poetarum graecorum βίαις unde potissimum notitiam suam hauserit quaestionem difficillimam ut multi fuere qui in transcurso aliisque rebus intenti hic illic tangerent: ita nemo dum dedita opera instituere et pro uirili parte absoluere uoluit. Neque tamen exoptatius quidquam accidere posse eis qui in litterarum graecarum historia sedem suam fixerunt libenter solemus confiteri, quam ut tandem aliquando triticum a palea secernatur eaque testimonia quae e certis accuratisque fontibus descripta sunt examinentur suoque auctori uindicerentur. Quale munus cum ego exsequendum suscepi, hac scribendi occasione oblata indagare studui non tam quos ipse Suidas in manibus habuerit obscuros grammaticos, sed a quorum scriptorum prisca auctoritate ea quae tradit deriuata esse uideantur. Quare huius disputationis uela ita contrahere constitui, ut quae similem eandemue ostendant indolem quaeque eodem ex fonte manasse aut certa possit aut probabili euinci coniectura ea aliqua saltem ex parte conlecta componam suoque singula auctori uindicem. Atque primum examinare in animo est quae de diversorum poesis generum primordiis et incrementis hic illic latent. Initium sumam ab arte tragica, cuius historiae inlustrandae haece inseruiunt:

Suid. u. **Θέσπις** — ἄλλοι δὲ αὐτὸν πρῶτον τραγικὸν γένεσθαι φασί. καὶ πρῶτον μὲν χρίσας τὸ πρόσωπον ψιμυθίῳ ἐτραγῶδησεν, εἶτα ἀνδράχνη ἐσκέπασεν ἐν τῷ ἐπιδείκνυσθαι καὶ μετὰ ταῦτα εἰσῆνεγκε καὶ τὴν τῶν προσώπειων χρῆσιν ἐν μόνῃ ὁδῶνῃ κατασκευάσας.

” **Φρύνιχος** — οὗτος δὲ πρῶτος ὁ Φρύνιχος γυναικεῖον πρόσωπον εἰσῆγαγεν ἐν τῇ σκηνῇ καὶ εὐρετῆς τοῦ τετραμέτρου ἐγένετο.

” **Χοιρίλλος** ¹⁾ — οὗτος κατὰ τινὰς τοῖς προσωπείοις καὶ τῇ σκευῇ ²⁾ τῶν στολῶν ἐπεχείρησε.

” **Αἰσχύλος** — οὗτος πρῶτος εὗρε προσωπεῖα δεινὰ καὶ χρώμασι κεχρισμένα ἔχειν τοὺς τραγικούς καὶ ταῖς ἀρβύλαις τοῖς καλουμένοις ἐμβάταις χρῆσθαι.

” **Σοφοκλῆς** — οὗτος πρῶτος τρισὶν ἐχρήσατο ὑποκριταῖς καὶ τῷ καλουμένῳ τριταγωνιστῇ ³⁾ καὶ πρῶτος τὸν χορὸν ἐκ πεντεκαίδεκα εἰσῆγαγε νέ[ος] ὧν ⁴⁾ πρότερον δυοκαίδεκα

1) et totam de Choerilo glossam et alias immerito omisit Westermannus in libro perutili *Βιογράφοι* inscripto.

2) uolgo *σκηνῇ*. emendauit Kusterus, audente Naekio de Choerilo p. 11.

3) eadem leguntur ap. schol. Demosth. de cor. §. 267. de fals. leg. §. 200.

4) *νέος ὧν* scripsi pro eo quod uolgo legitur *νέων* hand dubie corruptum. nullam enim cur iuuenes potissimum prae ceteris choreutis insigniantur idoneam uideo caussam, ne eis quidem respectis, quae de choreutarum numero schol. Aristoph. Eq. 589 tradit. Quapropter *νέων* uocabulum proclui errore contractum esse ex *νέος ὧν* conieci. notum enim est quae Sophocles, cum iuuenis senis Aeschyli aemulus primum fabulas in scaenam committeret, nouare ausus sit, magnis a ueteribus laudibus efferri fuisse solita. cf. Dio Chrysost. or. LII, p. 267 R: ἀλλὰ Σοφοκλέους μὲν πρὸς Αἰσχύλον, νέου πρὸς γέροντα — ἀγωνιζομένου κ. τ. λ. Vita Aesch. p. 119, 44 Westerm. ἀπῆρε δὲ (ὁ Αἰσχύλος) — ἥσσηθεις νέω ὅντι τῷ Σοφοκλεῖ. Plut. Cim. 8. πρῶτην γὰρ διδασκαλίαν τοῦ Σοφοκλέους ἔτι νέου καθέντος κ. τ. λ.

εἰσιόντων. — καὶ πρῶτος ἤρξε ¹⁾ τοῦ
δρᾶμα πρὸς δρᾶμα ἀγωνίζεσθαι.

Suid. u. Πρατίνας — καὶ πρῶτος ἔγραψε σατύρους.

„ Ἀρίσταρχος — ὃς πρῶτος εἰς τὸ νῦν αὐτῶν
μῆκος τὰ δρᾶματα κατέστησεν.

„ Νεόφρων — ὃς πρῶτος εἰσήγαγε παιδαγωγοὺς
καὶ οἰκετῶν βάσανον.

Quibus statim subiciam quae de comoediae primordiis

Suidas tradit

Suid. u. Ἐπίχαρμος — ὃς εὔρε τὴν κωμωδίαν ἐν Συρα-
κούσαις ἅμα Φόρμῳ.

„ Φόρμος — ἐχρήσατο δὲ πρῶτος ἐνδύματι πο-
δήρει καὶ σκηνῇ δερμάτων φοινίκων.

„ Χιωνίδης — ὃν καὶ λέγουσι πρωταγωνιστὴν γε-
νέσθαι τῆς ἀρχαίας κωμωδίας.

„ Ἀριστοφάνης — εὗρετὴς τοῦ τετραμέτρου καὶ
ὀκταμέτρου.

„ Ἀναξανδρίδης — καὶ πρῶτος οὗτος ἔρωτας καὶ
παρθένων φθορὰς εἰσήγαγεν.

„ Πίνθων — ἀρχηγὸς τῆς καλουμένης ἰλαροτρα-
γωδίας.

„ Διοκλῆς — τοῦτον δὲ φασιν εὔρεῖν καὶ τὴν ἐν
τοῖς ὄξυβάφοις ἁρμονίαν ἐν ὀστρακίνοις ἀγ-
γείοις, ἅπερ ἔκρουν ἐν ξυλυφίῳ.

Haec de tragoedia comoediaque testimonia ut eidem
auctori adsignemus cum uerborum suadet aequabilitas, tum
rerum cohaerentia: quippe quibus artis apud Graecos scae-
nicae historia paucis sed eisdem strictis lineamentis adum-
brata sit, historiam dico non totam ab incunabulis ad extre-
mos usque exitus descendentem, sed a quibus illa initiis
profecta quosque per gradus paullatim consummata sit per-
secutam. Ita quod tragoediae fundamenta iecisse Thespis,

Apud Suidam ne ἔτι particulam desideres, cf. Athen. XIII, 664a. Diog.
Laert. II, 32; VIII, 58.: Suid. u. Ἀριστοφάνης Βυζ. (ἀλλὰ τοῦ μὲν νέος
κ. τ. λ.).

1) uolgo αὐτὸς ἤρξε. emendauit Otto Jahn.

de adparatu scaenico amplificando adornandoque egregie meruisse et *δευτεραγωνιστοῦ* partem induxisse Aeschylus, denique tertium histrionem addidisse dicitur Sophocles et choreutarum numerum adauxisse: hoc totius fere antiquitatis testimoniis confirmatur. Ac primus comparem in modum tragoediae incrementa inlustravit qui omnis litterarum apud Graecos historiae et princeps habendus est et antesignanus Aristoteles¹⁾ in fragmento quodam seruato apud Themistium or. XXVI p. 316: *καὶ οὐ προσέχομεν Ἀριστοτέλει, ὅτι τὸ μὲν πρῶτον ὁ χορὸς εἰσιὼν ἤδεν εἰς τοὺς θεοὺς, Θέσπις δὲ πρόλογόν τε καὶ ὄησιν ἐξεῦρεν, Αἰσχύλος δὲ τρίτον ὑποκριτὴν καὶ ὀκρίβαντας· τὰ δὲ πλείω τούτων Σοφοκλέους ἀπηλάσσαμεν καὶ Εὐριπίδου;* Quibus quod aperta fronte aduersari uidentur eiusdem Aristotelis uerba in poet. cap. IIII p. 1449a: *καὶ τό τε τῶν ὑποκριτῶν πληθὸς ἐξ ἑνὸς εἰς δύο πρῶτος Αἰσχύλος ἤγαγέ καὶ τὰ τοῦ χοροῦ ἡλάττωσε καὶ τὸν λόγον πρωταγωνιστὴν παρεσκεύασεν· τρεῖς δὲ καὶ σκηνογραφίαν Σοφοκλῆς:* nimium me iudice uiros doctos sollicitauit. Cum enim quae Themistius Aristotelis uerba seruauit eiusdem originis esse adpareat atque ea quae in libro *περὶ ποιητικῆς* ipse Aristoteles profert — excerpisse Themistium ampliorem Aristotelis *περὶ ποιητικῆς* librum, quem in tabula recensent. Laetius Diogenes (V, 25) et anonymus scriptor de uita Aristotelis²⁾, mihi certum uidetur — aut mero rhetoris errori haec discrepantia tribuenda est³⁾, aut si ambo testimonia inter se conciliare studeas, Themistius Aristotelis uerba non *αὐτολεξεί*, sed ex memoria rettulisse primumque actorem *choragum* dixisse censendus est. Quid, quod ex fonte plane consimili hortulos suos inrigauisse adparet Diogenem (III, 56) rem sic exponentem: *τὸ παλαιὸν ἐν τῇ τραγῳδίᾳ πρότερον μὲν μό-*

1) ἀφ' οὗ φασὶ τὴν κριτικὴν καὶ γραμματικὴν ἀρχὴν λαμβάνειν Dio Chrysost. or., p. 274 R.

2) quibus iniquius, ni fallor, Valent. Rose fidem derogare studeat (de Aristoteles librorum ordine et auct. p. 133.)

3) quae Bergkii sententia est. commentat. de uita Soph. p. XXVII adnot. 114.

νος ὁ χορὸς διεδραμάτιζεν, ὕστερον δὲ Θέσπεις ἐνὰ ὑποκριτὴν ἐξεῦρεν ὑπὲρ τοῦ διαναπαύεσθαι τὸν χορὸν καὶ δεῦτερον *Αἰσχύλος*, τὸν δὲ τρίτον *Σοφοκλῆς* καὶ συνεπλήρωσαν τὴν τραγωδίαν? Cui opinioni adstipulatus est *Dicaearchus* (cf. uita *Aesch.* p. 122, 82 *Westerm.*) neque praeter unum anonymum uitae *Aeschyli* scriptorem (ibid. p. 121, 81) exstitit posthac qui hanc *τριταγωνιστοῦ* adiecti laudem *Sophocli* detraheret, immo uno omnes consensu tragoediae initia eisdem quibus *Aristoteles* lineamentis circumscribere; hoc ipsum in caussa est cur in *Horati* epist. ad *Pis.* eisdem artis tragicae signiferos recensitos reperiamus, epp. II, 3, 275:

ignotum tragicae genus inuenisse camenae
dicitur et plaustris uexisse poemata *Thespis*,
quae canerent agerentque peruncti faecibus ora.
post hunc personae pallaeque repertor honestae

Aeschylus et modicis instrauit pulpita tignis
et docuit magnumque loqui nitique cothurno.

Quod praeterea *Suidas* addit καὶ ταῖς ἀρβύλαις τοῖς καλουμένοις ἐμβάταις χρῆσθαι (sc. τοὺς τραγικοὺς) non dubito ad *Aristotelis* uerba apud *Themistium* referre, quae sunt *Αἰσχύλος* δὲ — ὀκρίβαντας (sc. ἐξεῦρε); nam ὀκρίβαντες uocabulum hoc loco non pulpitum (λογεῖον) esse, quem ad modum olim interpretabantur, neque fulcra theatri, τὰ ὑπερείσματα τῶν ξυλίνων θεάτρων (*Suid.* s. u. ὀκρίβας), sed maius quoddam cothurni genus — μείζοσι τε τοῖς κοθόρνοις μετεωρίσας uita *Aesch.* p. 121, 79 *Westerm.*¹⁾ — dudum intellectum est et apprime docet *Philostratus*, qui rem paullo uberius ita persecutus est, ut *Aristotelicae* doctrinae rudimenta etiamnum deprehendere possimus. Vtriusque igitur uerba ex aduerso ponam:

1) ὀκρίβαντας · ἐμβάτας. *Hesychius.* cf. *Ruhnken.* in *Tim.* p. 190.

Philostratus uit. Apollon. VI, 11.

Aristoteles.

ποιητῆς μὲν γὰρ οὗτος τραγωδίας ἐγένετο, τὴν τέχνην δὲ ὁρῶν ἀκατάσκευόν τε καὶ μῆπω κεκοσμένην εἰ μὲν ξυνέστειλε τοὺς χοροὺς ἀποτάδην ὄντας ἢ τὰς τῶν ὑποκριτῶν ἀντιλέξεις εὖρε παραιτησάμενος τὸ τῶν μονωδιῶν μῆκος ἢ τὸ ὑπὸ σκηνῆς θνήσκειν ἐπενόησεν, ὥς μὴ ἐν φανερῷ σφάττοι — ἐνθυμηθεῖς δὲ καὶ τὴν τέχνην ὥς προσφνᾷ τῷ μεγαλείῳ μᾶλλον ἢ τῷ καταβεβλημένῳ τε καὶ ὑπὸ πόδα σκευοποιίας μὲν ἤψατο εἰκασμένης τοῖς τῶν ἡρώων εἵδεσιν, ὁ κρίβαντος δὲ τοὺς ὑποκριτὰς ἐνεβίβασεν¹⁾ ὥς ἴσα ἐκείνοις φάνοιεν, ἐσθήματι τε πρῶτος ἐκόσμησεν — ὅθεν Ἀθηναῖοι πατέρα μὲν αὐτὸν τῆς τραγωδίας ἡγοῦντο.

τὰ τοῦ χοροῦ ἡλάττωσε. τό τε τῶν ὑποκριτῶν πλῆθος ἐξ ἑνὸς εἰς δύο πρῶτος Αἰσχύλος ἤγαγε. — τὸν λόγον πρωταγωνιστὴν παρεσκεύασεν.

Αἰσχύλος δὲ ὁκρίβαντας
(sc. ἐξεῦρεν)

Itemque ab eodem Philostrato in uit. Soph. VIII, 1 Aeschylus ὁ κρίβαντι ὑψηλῷ τὴν τραγωδίαν κατασκευάσαι dicitur.

Haec igitur quae per tot secula totque per libros propagata sunt Aristotelis operae ac diligentiae deberi nemini non adparet. Reliqua nunc mitto postea iudicium facturus, cum quae de comica lyricaue poesi apud Suidam leguntur examinauero. Quanquam illud statim monendum uidetur quaecunque Phrynichus, Pratinas, Choerilus, Aristarchus, Neophron ad rem tragicam promouendam adtulisse dicuntur, ea ex bono antiquae aetatis fonte manasse aut locupletium testium consensu aut re ipsa comprobari. Quo referendum duco quod in eis

1) Serui ad Verg. Ecl. VIII, 10 uerba „Cothurnus autem calciammentum tragicum cuius usum quidam Sophoclem primum scaenae intulisse uolunt“ uilipendo, quippe quae ex falsa Vergiliani uersus interpretatione oborta sint.

quae de Aristarcho poeta traduntur, ὃς πρῶτος εἰς τὸ νῦν αὐτῶν μῆκος τὰ δράματα κατέστησεν, uerba τὸ νῦν sat priscam originem prodere manifestum est, quem ad modum Plutarchus de mus. VI, p. 1133b τὰς καθαρχείας ὡς νῦν non eas dicit quae sua aetate cantabantur, sed utpote socors epitomator quales Heraclidis et Aristoxeni tempore in usu fuerant ¹⁾; itemque uerba quae leguntur in Platonii libello περὶ διαφορᾶς κωμῶδιων (p. XXXI in Aristophane Bergkiano): ὁρῶμεν γοῦν τὰς ὁφρῦς ἐν τοῖς προσώποις τῆς Μενάνδρου κωμῶδειας ὁποίας ἔχει κ. τ. λ. ad aetatem siue ipsius Menandri siue statim deinceps subsecutam respicere manifestum est ²⁾. Neque pugnare licet contra παιδαγωγούς et οἰκετῶν βάσανον inducta a Neophrone, quo et Sophoclem et Euripidem aliquanto iuniores fuisse persuasum habeo ³⁾. Denique neque illud praetermittendum est, in disiectis illis quae supra conlegi fragmentis nexum quendam adparere et continuitatem; nam primus Thespis dicitur intulisse usum personarum quas incomptas et rudiores Choerilus et Aeschylus excoluerunt et amplificauerunt. Ceterum cum Suida arctissime cohaerent fragmenta illa quae in tragicorum βίοις ἀνωνύμως traditis continentur, tragicarum artis primordia et incrementa inlustrantia.

Paullo inferioris notae Suidae de comoedia testimonia esse adparet, tum quia Megaricae quae dicebatur comodiae nullam rationem habuit, tum quod res ita

1) cf. Athen. X, 429 ab ἐν δὲ Μιλήτῳ ἔτι καὶ νῦν Θεόφραστος φησι τοῦτ' εἶναι τὸ νόμιμον.

2) Atque omnino anonymos περὶ κωμῶδας scriptores plus semel ab Aristotelis auctoritate pendere demonstrare posse mihi uideor — quam rationem esse commentarioli ap. Cramer anecd. paris. I, 143 (p. XLIII Bergk.) luculenter demonstrauit Iacobus Bernays in nouo Mus. Rhen. VIII, 561 — id quod pluribus persequi ab hoc loco alienum est.

3) Sophocles semel tantum, in Electra, paedagogi partes intulit. Neophronem Euripide antiquiorem fuisse luculenter demonstrauit Elmsleius ad Eur. Med. 25.

ferebat; ignorari enim ait Aristoteles (poet. cap. V. p. 1449b), τίς δὲ πρόσωπα ἀπέδωκεν ἢ [προ]λόγους ἢ πλήθῃ ὑποκριτῶν καὶ ὅσα τοιαῦτα, cum in tragoedia suo quodque inuentori tributum uiderimus; quapropter verendum est, ne uana tradiderit anonymus qui dicit (περὶ κωμῶδ. p. XXXVII Bgk.) ἐπιγενόμενος δὲ ὁ Κρατῖνος κατέστησε μὲν πρῶτον τὰ ἐν τῇ κωμῶδιᾳ πρόσωπα μέχρι τριῶν, cf. Meineke hist. crit. p. 50. — Verum ad Megarici dramatis historiam explendam non-nihil conferunt ipsi commentarii de comoedia conscripti, quibus cum Suida arctam intercedere necessitudinem facile intellegitur. Ita primum Susario, cuius nulla apud Suidam mentio facta est, τῆς ἐμμέτρου κωμωδίας ἀρχηγὸς appellatur (p. XLI Bgk.) et τὴν κωμωδίαν ἠρεῖσθαι φασιν ἐπὶ Σουσαρίωνος (p. XXXI cf. p. XXXIII . XXXVII) deinde Crates πρῶτος μεθύσους ἐν κωμῶδιᾳ προήγαγε (recte Meinekios παρήγαγε scribendum esse monuit l. s. s. p. 61) p. XXXII Bgk. et ibidem Pherecrates πρᾶγματᾶ εἰσηγούμενος καινὰ ἡνδοκίμει, γενόμενος εὐρετικὸς μύθων. — Sed de comoedia ab Epicharmo in Sicilia inuenta Suidae cum Aristotele conuenit cf. poet. cap. III, p. 1448a διὸ καὶ ἀντιπιοῦνται — τῆς μὲν κωμωδίας οἱ Μεγαρεῖς — καὶ οἱ ἐκ Σικελίας (ἐκεῖθεν γὰρ ἦν Ἐπίχαρμος ὁ ποιητὴς πολλῶ πρότερος ὢν Χιωνίδου καὶ Μάγνητος) et cap. V, p. 1449b τὸ δὲ μύθους ποιεῖν Ἐπίχαρμος καὶ Φόρμις. τὸ μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς ἐκ Σικελίας ἦλθεν et. q. s. quae rursus, ut adsolet, Themistius ita in usum suum conuertit, ut facile auctorem agnoscas, in or. XXVII, p. 337 b ἐπεὶ καὶ κωμῶδιᾳ τὸ παλαιὸν ἤρξατο μὲν ἐκ Σικελίας· ἐκεῖθεν γὰρ ἦσθην Ἐπίχαρμος τε καὶ Φόρμις· quae sequuntur uerba κάλλιον δὲ Ἀθήνησιν συννηξήθη respondēt eis quae Aristoteles l. s. s. addit τῶν δὲ Ἀθηνῶν Κράτης πρῶτος ἤρξεν — καθόλου ποιεῖν λόγους καὶ μύθους ¹⁾), nec dubium quin ansam haec praeberint anonymo Pherecratem cum Cratele confundenti in uerbis quae supra posui (cf. Bergk. commentatt. p. 276, Meineke fragm. com. I, 10, II, 241) errore aperto quemque in obscuro re-

1) cf. Bernhardt, Grundriss I, p. 60 (69). Meineke I, 60. adnot. 30.

motae aetatis grammatico uix miremur. Deinde quod Cratetem primum ebriorum personas in scaenam intulisse idem auctor est, ne ab hac quidem parte uituperationi eximendus est; quid enim quod Athenaeus X, p. 429 a ante Cratetem Epicharmum ἐπὶ τὴν σκηνὴν παραγαγεῖν μεθύοντα disertis uerbis tradit? Haec uero anonymi de comicis poetis testimonia ut hic illic emendanda esse demonstraui: ita quae ex Suida adtuli, ne eis quidem exceptis quibus aliunde nondum fides parata est, nullam suspicionem mouere possunt: quo deinceps recurram.

In epicorum poetarum βίοις nihil fere inesse posse, quod ad propositum nostrum pertineat, ex ipsa huius generis indole patet. Licet enim ante Homerum exstitisse qui metro heroico heroica facta patrum (κλέα ἀνδρῶν) panxerint iam antiquitus statui coeptum sit, tamen neque Aristoteli nomina eorum innotuere ¹⁾, et quae apud posteriores scriptores circumferuntur — cf. Bernhardt, Grundriss I, p. 250 (294. ed. II) — merae fictionis manifesta uestigia prae se ferunt ²⁾. Quare cum dramatis incrementa inde a tenuibus primordiis usque ad summum artis fastigium accurate persequi possimus, epicae contra poesis incunabula crassa oblecta uidemus caligine, ut Homerus subito Minervae instar prosilientis σεμνῆς ἐκ κεφαλῆς πολεμῆμα τεύχε' ἐχούσης adpareat princeps in hoc genere poesis et tempore et artis consummatione. Neque Homeri pedisequi noui quidquam adtulere: nam quod Písañder (Suid. s. u. Πείσανδρος) in carmine Ἡρακλέους ἔργα inscripto πρῶτος Ἡρακλεῖ ῥόπαλον περιτέθεικεν, res et secundaria est et multae dubitationi obnoxia: cf. Megaclidem ap. Athen. XII, 512 f — 513a τοῦτον οὖν (τὸν Ἡρακλέα) φησὶν, οἱ νέοι ποιηταὶ (i. e. οἱ μεθ' Ὀμηρον καὶ Ἡσίοδον) κατασκευάζουσιν ἐν ληστοῦ σχήματι

1) Aristot. poet. cap. III, p. 1448 b τῶν μὲν οὖν πρὸ Ὀμήρου οὐδενὸς ἔχομεν εἰπεῖν τοιοῦτον ποίημα, εἰκὸς δὲ εἶναι πολλούς. Bode hist. poes. graec. I, p. 247 adn. 3.

2) quarum fabularum specimen apud Suidam quoque deprehenditur s. u. Κόρινθος — πρῶτος γράψας τὴν Ἰλιάδα. cf. schol. Nicander. ther. 15.

μόνον περιπορευόμενον, ξίλον ἔχοντα καὶ λεοντῇν καὶ τόξα. καὶ ταῦτα πλάσαι πρῶτον Στῆσίχορον τὴν Ἱμεραίων, cui habitu obponit ille τὴν στολὴν ὁμηρικὴν, qua instructum Herculem celebravit Xanthus ὁ μελοκοίος cf. Strab. XV, p. 688.

Ad lyricam poesin progredientibus nobis largior sese offert materia, tum propter varias huius generis formas, tum quoniam plura accedunt ad rem musicam pertinentia eaque cum poesi tam arcto uinculo coniuncta, ut ab hac disputatione segregare nefas uideatur. Quae huc referenda sunt, ea ut facilius conspici possint deinceps recensebo.

Λίνος — λέγεται τῆς λυρικῆς μουσικῆς πρῶτος γενέσθαι ἡγεμών.

Ἀμφίων — οὗτος παλαιᾶς μουσικῆς εὐρετής.

Μαρσύας — εἰσεῖρε διὰ μουσικῆς αὐλούς ἀπὸ καλάμων καὶ χαλκοῦ.

Ὀλυμπος — ἡγεμών τε γενόμενος τῆς κρουματικῆς μουσικῆς τῆς διὰ τῶν αὐλῶν.

(ἐλεγείνειν) — καὶ τὸ ἐλεγείον μέτρον ἀπὸ τούτου κληθῆναι τινες νομίζουσιν, ὅτι Θεοκλῆς Νάξιος ἢ Ἐρετριεὺς πρῶτος αὐτὸ ἀνεφθέγγατο μανείς. cf. Et. M. 327, 7.

Σιμωνίδης — ἔγραψε κατὰ τινας πρῶτος λάμβους.

Ἰππώναξ — οὗτος πρῶτος ἔγραψε παρῳδίαν καὶ χαλίσμβον.

Τέρπανδρος — ὃς πρῶτος ζ' χορδῶν ἐποίησε τὴν λύραν καὶ νόμους λυρικοῦς πρῶτος ἔγραψε.

(Μόσχος ᾄδων) — τὸ δὲ Βοιωτικὸν οὕτω καλούμενον εὔρε Τέρπανδρος, ὥσπερ καὶ τὸ Φρύγιον.

Ἀλκμάν — καὶ ὧν ἐρωτικὸς πάνν εὐρετής γέγονε τῶν ἐρωτικῶν μελῶν. πρῶτος δ' εἰσήγαγε τὸ μὴ ἑξαμέτροις μελωδεῖν.

Ἀρίων — λέγεται πρῶτος χορὸν στῆσαι καὶ διθύραμβον ᾄσαι καὶ ὀνομάσαι τὸ ᾄδόμενον ὑπὸ τοῦ χοροῦ καὶ σατύρους εἰσενεγκεῖν ἔμμετρα λέγοντας.

Αὔσος — πρῶτος δὲ οὗτος περὶ μουσικῆς λόγον ἔγραψε καὶ διθύραμβον εἰς ἀγῶνα εἰσήγαγε καὶ τοὺς ἐριστικούς εἰσηγήσατο λόγους.

Σαφφώ — πρῶτη καὶ πληκτρον εὔρεν.

Στησίχορος — ἐκλήθη δὲ Στ., ὅτι πρῶτος κιθαρωδία¹⁾
χορὸν ἔσκησε.

Ἰβυκος — πρῶτος εὔρε τὴν καλονμένην σαμβύκην.

Μελανιππίδης — ὃς ἐν τῇ τῶν διθυράμβων μελοποιᾷ
ἐκαινοτόμησε πλεῖστα.

Φρῦνις — κιθαρωδός, ὃς ἐδόκει πρῶτος κιθαρίσαι παρ'
Ἀθηναίοις.

Σιμωνίδης — προσεξεὔρε τῇ λύρᾳ τὸν τρίτον φθόγγον.

Τιμόθεος — ὃς τὴν δεκάτην καὶ ἑνδεκάτην χορδὴν πρὸς
ἔθηκε καὶ τὴν ἀρχαίαν μουσικὴν ἐπὶ τὸ μαλ-
θακώτερον μετήγαγεν.

Σίβυλλα — λέγεται δὲ καὶ τρίγωνον εἶδος λύρας αὐτὴν
πρώτην εὔρεῖν.

Ἀντιγενίδης — οὗτος ὑποδήμασι Μιλησίοις πρῶτος
ἐχρήσατο καὶ κροκωτὸν ἐν τῷ κωμαστῇ περιεβάλ-
λετο²⁾ ἱμάτιον.

Quorum quidem testimoniorum non eam esse rationem,
ut tota lyricaе poesis historia delineata sit, uixdum perlu-
stranti perspicuum est. quemnam enim fugere potest, ele-
giae et inuentorem Callinum et perfectorem Archilo-
chum prorsus silentio praetermitti, contra primum huic
generi nomen indidisse Theoclem dici, quo de nihil nisi in-
certa tradita accepimus³⁾? Verum quae de carminum iam-

1) κιθαρωδίας Bernhardy.

2) περιεβάλλετο Hemsterhusius et Meinek. uolgo προεβάλλετο.
Ceterum uerbis ἐν τῷ κωμαστῇ non commodiorem reperio explicationem,
quam olim a Kustero prolatam, nouasse haec Anaxandridem cum age-
retur drama (dicendum erat: dithyrambus) Philoxeni κωμαστής inseri-
ptum. Suidas: αὐλητὴς Φιλοξένου.

3) quanquam adstipulandum arbitror Welckero Santeni ad Te-
rentian. Maur. 286. opinionem, totam rem nil nisi ineptam grammatici
hariolationem esse, impugnanti, qui in libro „kleine Schriften“ inscripto
I, 64 recte ait: „die Sache an sich, die so verdreht worden, kann
dadurch nicht verlieren, und dass sie auf altem und gutem Zeugnisse
beruhe, kann man sogar aus der Verdrehung schliessen.“ Mouit hoc
Schneidewinum (Philologus I, p. 364) ut Archilochum aucto-
rem coniceret, exigua me indice probabilitatis specie, licet rectissime

bicorum, melicorum, dithyrambicorum primordiis, deinde quae de musicis instrumentis inuentis adauctis perfectis referuntur, ea plurima ex parte bona auctoritate niti demonstrari potest. Atque chori cyclici dispositionem et dithyrambi modulationem ab Arione factam testatur Aristoteles, cuius in Procli chrestomathia ap. Phot. bibl. cod. 239 p. 320 a Bekker haec exstant uerba: *εὐρεθῆναι δὲ τὸν διθύραμβον Πίνδαρος ἐν Κορίνθῳ λέγει. τὸν δὲ ἀρξάμενον τῆς ᾠδῆς Ἀριοτοτέλης Ἀρίονά φησιν εἶναι, ὃς πρῶτος τὸν κύκλιον ἤγαγε χορὸν* ¹⁾. idem tradidisse dicuntur Dicæarchus *ἐν τῷ περὶ μουσικῶν ἀγῶνων* et Hellanicus *ἐν καρνεονίκαις* ²⁾; sed Antipater et Euphronius *ἐν τοῖς ὑπομνήμασι* φασὶ τοὺς κυκλίους χορούς *στῆσαι* πρῶτον *Λᾶσον* τὸν *Ἐρμιονέα*, schol. Aristoph. Au. 1408. cf. schol. Pind. Ol. XIII, 25. quam litem dirimit Suidas, quem limpidiore ex fonte hausisse patet, s. u. *Λᾶσος· πρῶτος διθύραμβον εἰς ἀγῶνα εἰσήγαγε*: ita ut utrumque testem iuxta stare posse adpareat. contra Pindari enarrator simpliciter, *ἔστησε δὲ αὐτὸν*, inquit, *πρῶτος Ἀρίων ὁ Μεθυμναῖος, εἶτα Λᾶσος ὁ Ἐρμιονεύς*. — Neque obloquitur alius Suidae locus a multis uiris doctis addubitatus ³⁾, nomen Stesichori antea Tisias uocati propterea immutatum esse, *ὅτι πρῶτος κιθαρωδία χορὸν ἔστησεν*. primum enim diserte discernuntur diuersa chori genera, neque citharodicorum notionem, quae nomini siue

uir eximius non grammaticum, sed poetam aliquem adgnouisse censendus est. Malim potius de Pindaro cognitare, qui *ἐν τοῖς ὑπορχήμασιν ἐν Νάξῳ* φησὶν *εὐρεθῆναι πρῶτον διθύραμβον* teste schol. Olymp. XIII, 25.

1) cf. Hartungi disp. Veber den Dithyrambus Philologi uoluntini I inserta.

2) uolgo *ἐν Κραναίοις*. cf. Dahlmann Forschungen II, p. 132. coniecturam meo quidem arbitratu certissimam a Cordesio scholiastae uerbis adscriptam uidi in Hellanici Sturziani exemplo olim Cordesiano, quod deinde in F. C. Dahlmanni, denique in Hollanderi amici possessionem transiit. Cf. Welcker Nachtrag p. 232.

3) in primis a Welckero in kl. Schr. I, 168 sqq. de quo infra mihi agendum erit.

genuino illo, siue artis caussa indito interpretando inseruiat, temere et ex uano inlatam esse credibile. Quare non opus est cum Kleinio (ad Stesich. fragm. p. 36) ad Lennepium confugere, qui ad epist. Phalar. p. 210 non alienum esse ait, Stesichorum chorum *κιθαρωδία* primum Himeræ aut in Sicilia instituisse, aut saltem eius rationes antea rudiores simplicioresque multis modis correxisse et mutasse, quamquam utraque ratione non dubium est quin multa in hoc genere quæ nobis occurrit discordia plus semel dissipari possit, cf. quæ disputabo p. 25. — Deinde lyram septem chordis a Terpanδρο instructam (ὃς πρῶτος ζ' χορδῶν ἐποίησε τὴν λύραν Suidas) ad eundem repertorem paullo pluribus refert Aristoteles probl. VIII, 32 p. 920 a Bekker. hisce uerbis: ὅτι ἐπὶ τὰ ἦσαν αἱ χορδαὶ τὸ ἀρχαῖον, εἰτ' ἐξελὼν τὴν τρίτην Τέρπανδρος τὴν νῆτην προσέθηκε καὶ ἐπὶ τούτου ἐκλήθη διὰ πασῶν ἄλλ' οὐ δι' ὀκτώ. δι' ἐπὶ τὰ γὰρ ἦν. Boeotium uero metrum (Suid. u. *Μόσχος ἄδον* cf. Mich. Apost. XI, 74) a Terpandro inuentum tradidit Heraclides Ponticus ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν ἐν τῇ μουσικῇ teste Plutarcho de mus. c. III p. 1132 d. cf. Ricardi Volkmann adnot. pag. 69. Denique hoc loco uerbo tangere quæ apud Suidam, Aristotels ipsius nomine adlato, s. u. νόμοι κιθαρωδικοὶ leguntur uidetur consentaneum, tametsi non ignorem rem esse dubiam, cum tota hæc glossa in optimis codicibus, Parisino A et Leidensi V desideretur. Ἀπόλλων, φασί, μετὰ λύρας κατέδειξε τοῖς ἀνθρώποις νόμους καθ' οὓς ζήσονται, πρᾶυνων τε ἅμα τῇ μέλει τὸ καταρχῆς ἐν αὐτοῖς θηριῶδες, καὶ εὐπρόσιτον τῇ τοῦ ὕθμου ἡδύτητι ποιῶν τὸ παραγγελλόμενον καὶ ἐκλήθησαν νόμοι κιθαρωδικοί — hucusque eadem fere exhibet Etym. M., sed eorum quæ sequuntur nullam alibi mentionem iniectam repperi — ἐκεῖθεν δὲ σεμνολογικῶς ὥς καὶ Ἀριστοτέλει δοκεῖ νόμοι καλοῦνται οἱ μουσικοὶ τρόποι. Quæ, si incerta sectari coniectura licet, ex Aristotelis problematum nondum coarctatorum libro VIII, 28 deprompta esse ueri mihi non dissimile uidetur. Ibi enim exponit, διὰ τί νόμοι καλοῦνται οὓς ἄδουσιν; Denique quos ἀνατεταμένους dicit nomos lyricos (Suid. u. ὄρθιον νόμον), eodem uocabulo significat Aristot. probl. XVIII, 37.

Praeterea Suidae uerbis nihil inest, quod ab aliis scriptoribus ad Aristotelis auctoritatem delegetur, quamuis mero casui tribuere nolim, quod musica instrumenta ab Ibyco Sapphone Sibylla siue inuenta siue primum usurpata enumerat Aristot. polit. VIII, 6 p. 1341 a. *ὁμοίως δὲ καὶ πολλὰ τῶν ὀργάνων τῶν ἀρχαίων, οἷον πηκτίδες καὶ βάρβιτον καὶ τὰ πρὸς ἡδονὴν συντείνοντα τοῖς ἀκούουσι τῶν χρωμένων, ἐπτάγωνα, καὶ τρίγωνα καὶ σαμβῦκα κ. τ. λ.* Nam confudisse Suidam (u. Σαμφῶ) plectidem cum plectro, cuius usus erat in φόρμιγγι, instrumento longe ueteriore, pridem intellectum est; at plectidem, cuius *χωρὶς πλῆκτρον διὰ ψαλμοῦ παρέχεται τὴν χρεῖαν* Aristoxenus auctor est (Athen. XIII, 635 b), primam intulisse Sapphonom Menaechmus tradidit (Athen. l. s. s. b et e cf. Neue Sapph. p. 11 et Bode II, 2 p. 445). — Similiter citharoedorum Phrynidis ac Timothei mentionem factam uidemus apud Aristotelem metaph. α' βλ. p. 993 b *εἰ μὲν γὰρ Τιμόθεος μὴ ἐγένετο, πολλὴν μὲν μελοποιίαν οὐκ ἔχομεν [ἄν], εἰ δὲ μὴ Φρῶνις, Τιμόθεος οὐκ ἂν ἐγένετο.*

Iam a certis ad incerta pergenti mihi paullo latius exspatiandum est. — Artis scaenicae ab ipsis initiis ad firmum stabilemque statum proeuctae apud Suidam notitiam tenuem quidam sed ex Aristotelis doctrina oriundam deprehendimus, itemque quae ad dithyramborum nomorumque poesis spectant, ad eundem auctorem referenda esse demonstrauimus. Praeterea animaduertendum est, quae cuiusque inuenta fuerint, ea omnia simillimis uerbis exponi; atque cum Aristotelem semper sibi constitisse cernamus in usurpandis uocabulis *πρῶτος εἶδε, πρῶτος εἰσήγαγεν, ἐπενόησεν, εἰσήνεγκεν, ἐχρήσατο*, quibuscum *ἀρχηγός* et *ἡγεμὼν* tam arcte coniuncta sunt, ut nihil prorsus intercedat discriminis ¹⁾,

1) Quod ne cui inconsideratius dixisse uidear, e multis exemplis unum idque ualde luculentum promam. Laert. Diog. VIII, 57. *Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ Σοφιστῇ φησὶ πρῶτον Ἐμπεδοκλέα ῥητορικὴν εὐρεῖν, Ζήνωνα δὲ διαλεκτικὴν* conl. Sext. Empir. adu. Math. VII, 6 *ἐπεὶ περὶ πάλιν Ἀριστοτέλης τὸν γνώριμον αὐτοῦ Ζήωνα διαλεκτικῆς ἀρχηγὸν ὑπέληφεν*. Brandis comment. Eleat. p. 172.

Suidam autem in enarrandis carminum generibus aut inuentis aut excultis et exornatis eisdem uerbis usum esse, facile exoritur suspicio, haec indidem uel finitimo ex fonte fluxisse; ad quam augendam uel maxime accedit quod Aristotelem eodem dicendi genere uti consueuisse compertum est. cuius rei exempla aliquot proferam partim ex uariis quae aetatem tulere operibus, partim ex ingenti fragmentorum numero a me conlecta.

Poet. II, p. 1448 a. Ἠγήμεων ὁ Θάσιος ὁ τας παρῳδιὰς ποιήσας πρῶτος.

ib. III, 1448 b. ὥσπερ δὲ καὶ τὰ σπονδαῖα μάλιστα ποιητῆς Ὅμηρος ἦν, οὕτω καὶ τὰ τῆς κωμῳδίας σχήματα πρῶτος ὑπέδειξε.

ib. cap. 18 p. 1456 a. διὸ ἐμβόλιμα ἄδουσιν, πρῶτον ἄρξαντος Ἀγάθωνος τοῦ τοιούτου.

Rhet. III, 2 p. 1404 a. κλέπτεται δὲ εὔ, ἐάν τις ἐκ τῆς εἰωθύας διαλέκτου ἐκλέγων συντιθῇ ὅπερ Εὐριπίδης ποιεῖ καὶ ὑπέδειξε πρῶτος.

Eth. mai. I, p. 1182 a. πρῶτος μὲν οὖν ἐνεχείρησε Πυθαγόρας περὶ ἀρετῆς εἰπεῖν.

Metaphys. I, 5 p. 986 b. Ξενοφάνης δὲ πρῶτος τούτων ἐνίστας κ. τ. λ.

„ I, 9 p. 991 a. ἀλλ' οὗτος ὁ λόγος ἀκίνητος, ὃν Ἀναξαγόρας μὲν πρῶτος, Εὐδόξος δ' ὕστερον — ἔλεγον.

„ XIII, 9 p. 1086 a. ὁ δὲ πρῶτος Θέμενος τὰ τε εἶδη κ. τ. λ.

„ I, 3 p. 983 b. Θαλῆς μὲν ὁ τοιαύτης ἀρχηγὸς φιλοσοφίας.

Polit. II, 7 p. 1266 a. διὸ Φαλέας ὁ Χαλκηδόνιος τοῦτ' εἰς-ἤνεγκε πρῶτος.

„ II, 8 p. 1267 b. Ἰπποδάμους — ὃς καὶ τῶν πόλεων διαίρεσιν εἶρε.

„ II, 9 p. 1269 b. ἔοικε γὰρ ὁ μυθολογήσας πρῶτος οὐκ ἀλόγως συζεῦξαι τὸν Ἀρη πρὸς τὴν Ἀφροδίτην.

Polit. VIII, 6 p. 1341 b. *φασὶ γὰρ δὴ τὴν Ἀθηνᾶν εὐροῦσαν ἀποβαλεῖν τοὺς ἀνθρώπους* ¹⁾).

His subiungam fragmenta aliquot, quorum numerus non dubito quin facile possit augeri, omissis eis quae ex Photii bibliotheca p. 12, ex Themistio p. 4, Sexte Empirico p. 14 adn. 1 commemorata sunt.

Schol. Bob. Cic. pro Archia 10, 3. *Primus* autem uidetur carmen elegiacum scripsisse Callinos ²⁾). Adicit praeterea Aristoteles hoc genus poetas Antimachum Colophonium, Archilochum Parium, Mimnermum Colophonium, quorum numero additur etiam Solon Atheniensium legum scriptor nobilissimus.

Diog. Laert. III, 48. *διαλόγους τοίνυν φασὶ πρῶτον γράψαι Ζήνωνα τὸν Ἐλεάτην, Ἀριστοτέλης δ' ἐν πρώτῳ περὶ ποιητῶν Ἀλεξάμενον Στυρέα ἢ Τήιον.*

ibid. VIII, 57. *Οὗτος (ὁ Περίανδρος) πρῶτος δορυφόρους ἔσχε — κατὰ φησιν Ἐφορος καὶ Ἀριστοτέλης.*

Mar. Plot. de metris p. 2624 P. Ipsa tamen pyrrhicha dicta erat a Pyrrhicho Cydonio. Alii dicunt a Pyrrho Achillis filio quem primum ad tumulum patris sui armatum honoris gratia saltauisse. Aristoteles autem Achillem ait huius ludi inuentorem fuisse. cf. schol. Pind. Pyth. II, 127 *Ἀριστοτέλης δὲ πρῶτον Ἀχιλλέα ἐπὶ τῇ τοῦ Πατρόκλου πύρρῳ τῇ πυρρίχῃ φησὶ κεχρησθαι.*

Schol. Pind. Nem. III, 27. *Ἀριστοτέλης δὲ Λεύκαρον* ³⁾ φησι τὸν Ἀκαρῶνα πρῶτον ἐντεχνον τὸ παγκράτιον ποιῆσαι.

1) adde Meteorol. I, 14 p. 352 b.

2) quod pro codicis scriptura „Aliinos“ Welckerus tentauit „Ailinos“ uereor ut multis persuaserit.

3) nomen ualde suspectum et de quo altum ubique silentium; uerum si quis pro *ΛΕΥΚΑΡΟΝ* — *ΛΥΚΑΟΝΑ* restituendum animum inducat (cf. Paus. VIII, 2, 1 *Λυκάων δὲ ὁ Πελασγῶ — ἀγῶνα ἔθηκε Λύκαια* et Plin. VII, 205 ludos gymnicos — instituit Lycaon), uereor ut multum fidei sit habiturus.

Diog. Laert. VIII, 53. *πρῶτος (ὁ Πυθαγόρας) τὴν καλουμένην τύλην, ἐφ' ἧς τὰ φορτία βασιάζουσιν, ἐδίδρεν, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ περὶ παιδείας.*

Plin. N. H. VII, 56, 192. Aristoteles X et VIII priscas fuisse (litteras) *A B Γ Δ Ε Ζ Ι Κ Λ Μ Ν Ο Π Ρ Σ Τ Τ Φ* et duas ab Epicharmo additas *Θ Ξ* quam a Palamede mauolt.

Cf. praeterea Plin. VII, 195. 197. 205. 207. Denique Plinius §. 199 cum bouem et aratrum Buzygen Atheniensem inuenisse dicit, Aristotelis auctoritatem secutus est; cf. quae Seruius ad Vergili Ge. I, 19 uerba „monstrator aratri“ profert: „ergo Osiris significatur, ut Philostephanus *περὶ ἐύρημάτων*, uel Epimenides, qui postea Buzyges dictus est, „secundum Aristotelem.“

Tanta copia, immo nube exemplorum perlustrata Suidae quoque uerba, quae quidem eodem dicendi genere insigniantur, Aristoteli auctori iure me uindicare quis est quin concedat? Neque enim ulla, si rem spectamus, repugnantia: nullus enim commemoratur poeta Aristotelis aetate inferior, id quod imprimis in arte comica delineanda animaduertendum est: nam cum tragoediam a primordiis ad artis consummationem euectam a Suida adumbratam uiderimus — quid enim post histrionalem choricamque rationem constitutam, post scaenicum adparatum amplificatum adornatumque, denique post fabularum ambitum certis terminis circumscriptum ad artem augendam conferri poterat? — comoediae progressus nullius post Anaxandridem ¹⁾ mentionem iniectam, sed de tribus comoediae generibus, in quibus discernendis et enarrandis tam multi fuere Platonius et anonymi illi scriptores, quique eorum siue *ἀρχηγοὶ* siue *ἄριστοι τεχνῖται* fuerint, ne uerbum quidem factum deprehendimus. itemque de lyrica poesi testimonia cum Aristotelica doctrina non modo non pugnare, sed pleraque prorsus congruere demonstratum est. Quid uero, quod membra

1) de quo satis honorifice iudicasse Aristotelem ex frequenti Anaxandridis commemoratione haud temere cum Meinekio (p. 369) conicias.

quae hodie supersunt disiecta unius olim corporis fuisse etiamnum uestigia satis manifesta produnt, cuius generis exempla praeter cetera luculenta sunt, quae Thespidis Choerili Phrynichi Aeschyli Sophoclis inuenta scaenica Suidas enumerat. Neque infirmum coniecturae meae munimentum praebet scholiasta ille Ciceronis (pro Arch. 10, 3 cf. p. 16 huius disp.), unde de elegia Aristotelem exposite ac dedita opera egisse adparet; nam totum illud fragmentum ex opere aliquo Aristotelico ductum Bernhardyo ¹⁾ probabile, mihi totum ex libro, quem *περὶ ποιητῶν* conscripsit, depromptum esse certum est.

Quorum argumentorum iunctae auctoritate etsi eam uim inesse puto, ut nulla iam supersit dubitatio, breuiter attingere par est quae in consimili genere uersatus Welckerus disputauit, qui in libri „kleine Schriften“ inscripti uol. I, p. 167 ait „Es müsste nach ganzen Klassen gezeigt werden, wie sehr oft das *πρῶτος*, primus, primum und andere „besondere selbsterdachte Vmstände von den alten Grammatikern und zum Theil von namhaften Schriftstellern — „willkürlich, nach Vermuthung, unrichtig und widersprechend „gebraucht werden, zuweilen so, dass bei demselben Gegenstand nicht bloss zwey, sondern drey, vier Erste angegeben werden die ihn erfunden haben sollen.“ Quod uereor ne iniquius uir eximius iudicauerit. Vt enim omnino hominum animus ad rerum primordia indaganda pronus est: ita Graeci praecipue quae quisque inuenerit studiosissime persequi et „ex remotissimo antiquitatis sinu repetere“ studebant ²⁾, quo factum est, ut saepenumero artis cuiusdam fundamenta iecisse primique inuentoris laudem habere diceretur, apud quem prima incultaque rudimenta latere uiderentur,

1) Grundriss II, 1, p. 414.

2) cf. Otto Jahn „die Kunsturtheile des Plinius“ in Berichte der sächs. Gesellschaft der Wissenschaften II, 1850. p. 137: „diese Neigung wer in Kunst und Wissenschaft, wie in Sitten und Gebräuchen „etwas zuerst erfunden habe, ist bekanntlich ein Zug, der in allen „culturgeschichtlichen Forschungen des Alterthums sehr bestimmt und „oft sehr naiv hervortritt und in den zahlreichen Schriften *περὶ εὐρημάτων* wurde derselben erschöpfend Genüge gethan.“

uelut si qui, Aristotelem secuti, artis scaenicae initia ab Homero repetere uoluere, qua de re praeclare disserentem audi Dahlmannum ¹⁾ „at uero nos ne infantes quidem uiuere dicimus antequam maternas tenebras reliquerunt motuque interiore cientur et suo: de teneris poeticae formis dubitabimus? — Quid? quod tam arcte iuncta est quaeuis ars cum suae formae et ueluti sui iuris idea, ut nesciam an rectius sensurus sit, qui Sophoclem dramatis inuentorem perhibeat, quam qui Homerum.“ Praeterea qui genus aliquod poeticum ita excoleret et adaugeret, ut quasi noua indole et a tenui gradu ad artis fastigium euectum tanquam nouum prodiret, eum inuentoris saepe nomen gloriamque reportasse consentaneum est. Accedit, quod complures nonnunquam urbes pagiue certatim artis incunabula se praedicauerunt, ueluti dithyrambi originem Pindarus in ὑπορχήμασι ad Naxum insulam, in dithyrambis ad Thebas, in Olymp. ad Corinthum rettulerat (cf. Schol. Olymp. XIII, 25). Haec omnia perpendenti non iam mirum uidebitur, uaria saepe et ambigua parumque concinentia de eiusdem rei exordiis a scriptoribus tradi. Neque uero quomodo huius generis testimonia intellegenda sint, ipsos ueteres fugere potuit, id quod clare docet Simplicius in Aristot. phys. f. 6 r, 18—31. *Θαλῆς δὲ πρῶτος παραδέδοται τὴν περὶ φύσεως ἱστορίαν τοῖς Ἕλλησιν ἐκφῆναι, πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων προγεγονότων, ὥς καὶ Θεοφράστῳ δοκεῖ, αὐτὸς δὲ πολὺ διενεγκὼν ἐκείνων ὥς ἀποκρύψαι πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ.* Similis ratio metrorum est, quae a poetis nomen accepere, cf. Theo progymn. III, 4 p. 32 Finckh. *Αἰσώπειοι δὲ ὀνομάζονται, οὐχ ὅτι Αἴσωπος πρῶτος εὐρετῆς τῶν μύθων ἐγένετο, — ἀλλ' ὅτι Αἴσωπος αὐτοῖς μᾶλλον κατακόρωσ καὶ δεξιῶς ἐχρήσατο, ὥσπερ Ἀριστοφανεῖόν τε μέτρον καὶ Σαπφικόν καὶ ἄλλο ἀπ' ἄλλου λέγεται οὐχ ὥς τούτων ποιητῶν μόνων ἢ πρῶτων ἐξευρηκότων τὰ μέτρα, ἀλλ' ὅτι αὐτοῖς ἐπὶ τί πλεῖστον ἐχρήσαντο.* cf. tract. Harleian. p. 322 Gaisfd. *καλοῦνται δὲ τὰ μέτρα τὰ μὲν ἀπὸ*

1) F. C. Dahlmann, primordia et successus ueteris comoediae Atheniensium cum tragoediae historia comparati. Hafniae MDCCCXI p. 2.

τῶν συμβεβηκότων αὐτοῖς, τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ τόπου, ἐν ᾧ ἤδοντο, τὰ δὲ ἐκ τῶν εὐρόντων πρῶτον (leg. πρώτων) αὐτά, τὰ δὲ ἐκ τῶν ὑμνουμένων θεῶν cett. cf. Atil. Fortunat. p. 2672. Hephaest. p. 58 ed. Gaisf.

Quod reliquum est, quonam ex opere Aristotelico haec reliquiae excerptae sint quaestionem spinosam expedire difficile est. Peculiarem eum περὶ εὐρημάτων librum composuisse unus Clemens Alexandrinus auctor est (strom. I; p. 364 Potter), qui post εὐρημάτων recensionem Σκάμων μὲν οὖν, inquit, ὁ Μιτυληναῖος καὶ Θεόφραστος ὁ Ἐρέσιος, Κύνδιππός τε ὁ Μαντινεύς, ἔτι δὲ Ἀντιφάνης καὶ Ἀριστόδημος καὶ Ἀριστοτέλης, πρὸς τούτοις δὲ Φίλοστέφανος ἀλλὰ καὶ Στράτων ὁ Περιπατητικὸς ἐν τοῖς περὶ εὐρημάτων ταῦτα ἰστόρησαν ¹⁾. sed neque apud Laertium Diogenem, neque in tabula ab anonymo confecta inter Aristotelis libros recensetur, atque omnino non uidetur consentaneum, seorsum eum et dedita opera de inuentis egisse. Certe quaecunque ad litterarum historiam spectant ut ex libris, quos περὶ ποιητικῆς duos scripsisse Aristotelem constat, uel ex didascalis desumpta esse dicas — non enim dissimilia sunt; quae ἐν τῷ περὶ διδασκαλιῶν tradidit Carylus ²⁾ Pergamenus — ita haud dubie quam proxime a ueritate aberis, cum fragmenta haec deperditorum librorum trium περὶ ποιητῶν esse statuas. Sed Aristotelis discipuli et sectatores quaecunque istiusmodi siue ab ipso magistro in unum congesta, seu passim diuersisque locis inuenere tradita, excerpterunt, excerpta magna additamentorum mole ex suis alienisue scriniis deprompta adauxere, alius alii deinceps

1) quorum numero addendi sunt, Simonides Ceus, si uhi Suidae fides habenda (s. u. Σιμ.), Phanias, Ephorus, Heraclides Ponticus, Phylarchus (Suid. s. u. Φυλ.), fortasse etiam Iuba rex.

2) Athen. VI, 235 e. τὸν δὲ νῦν λεγόμενον παράσιτον Καρύσιος ὁ Περγαμηνὸς ἐν τῷ περὶ διδασκαλιῶν εὐρεθῆναι φησιν ὑπὸ πρῶτον Ἀλέξιδος. Aristotelem in opere didascalico antiquitates theatrales ita tractasse, ut ad quemuis annum adnotaret „quid mutatum fuisset in rebus scaenicis“ coniecit Wolfgangus Helbig quaest. scaen. p. 13.

tradere, accepta multi pro suis uendere. Quo factum est, ut eorum quae Suidas refert nonnulla ad uariae aetatis scriptorum auctoritatem referenda sint, cuius rei exempla haec conlegi:

Suid. u. Ἀμφίων — οὗτος
παλαιᾷς μουσικῇς
εὐρετής.

„ Μόσχος ἄδων —
τὸ δὲ Βοιωτίον οὗ-
τω καλούμενον εὗρε
Τέρπανδρος.

„ Ἀλκμάν — καὶ ὧν
ἔρωτικός πάνυ εὐρε-
τής γέγονε τῶν ἔρω-
τικῶν μελῶν.

„ Ἴβυκος — καὶ πρῶ-
τος εὗρε τὴν καλου-
μένην σαμβίκην.

Contra Sibyllae inuentum
hoc instrumentum dixerat
Scamo (Ath. VIII, 637 b).

Suid. u. Σαπφώ — καὶ πρῶ-
τη πηκτίδα εὗρεν.

„ Ὀλυμπος — ἡγε-
μὼν τε γενόμενος τῆς

Plut. de mus. p. 1131 f. Ἡρα-
κλείδης δ' ἐν συναγω-
γῇ τῶν ἐν μουσικῇ τὴν
κιθαρωδίαν καὶ τὴν κιθα-
ριστικὴν ποίησιν πρῶτόν
φησι Ἀμφίονα ἐπι-
νοῆσαι. cf. Deswert de
Heracl. p. 135.

ibid. p. 1132 d. ἐκεῖνος γοῦν
τοὺς κιθαρωδικούς (νόμους)
πρῶτος ὠνόμασε, Βοιώ-
τιον κ. τ. λ.

Athen. XIII, 600 f. Ἀρχύτας
δὲ ὁ ἁρμονικός, ὥς φησι
Χαμνιλέων Ἀλκμᾶνα γε-
γονέναι τῶν ἔρωτικῶν
μελῶν ἡγεμόνα καὶ ἐκ-
δοῦναι πρῶτον μέλος κ. τ. λ.

Athen. III, 175 b. σαμβύ-
κην — τοῦτο δὲ τὸ ὄργανον
Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς
ἐν πρῶτῳ Ὠρων εἵρημα
εἶναι λέγει Ἴβυκον.

Athen. XIII, 635 e. καὶ τὴν
Σαπφὴν δὲ φησιν οὗτος (Μέ-
ναιχος περὶ τεχνι-
τῶν) πρῶτην χρήσα-
σθαι πηκτίδι.

Plut. de mus. p. 1132 f. Ἀλέ-
ξανδρος δὲ ἐν τῇ συν-

κρουματικῆς μουσι-
κῆς τῆς διὰ τῶν αὐ-
λῶν.

Suid. u. *Αἶνος* — λέγεται δὲ
πρῶτος οὗτος — τῆς
λυρικῆς μουσικῆς γε-
νέσθαι ἡγεμῶν.

” *Μαρσύας* — οὗ-
τος ἐφεῦρε διὰ μου-
σικῆς αὐλὸν ἀπὸ κα-
λάμων καὶ χαλκοῦ.

α γω γῆ τῶν περὶ *Φρυ-
γίας* κροῖματα Ὀλυμπον
ἔφη πρῶτον εἰς τοὺς Ἑλλη-
νας κομίσαι.

Eustath. in Il. Σ, 570 p. 1220.

Φιλόχορος δ' ἀπὸ Ἀπόλ-
λωνος ἀναιρεθῆναι τὸν *Αἶ-
νον* φησί, διότι πρῶτος τοῦ
λίνου καταλύσας χορδῇ
ἐχρήτατο εἰς μουσικῆς ὄρ-
γανον.

Athen. III, 184 a. *Μητρό-
δωρος* δ' ὁ *Χίος* ἐν
Τρωικοῖς σύριγγα μὲν
φησιν εὐρεῖν *Μαρσύαν* καὶ
αὐλὸν ἐν *Κελαιναῖς*.

Quae ad rem musicam spectant, ea praeter Heraclidem ipsumque Aristotelem, quem περὶ μουσικῆς librum scripsisse ex tabula Laertiana compertum habemus, magna ex parte ex Aristoxeni libris fluxisse probabiliter potest conici: cf. uita Soph. p. 132, 8 Westerm. φησὶ δ' Ἀριστόξενος ὡς πρῶτος τῶν Ἀθήνηθεν ποιητῶν τὴν Φρυγίον μελοποιίαν εἰς τὰ ἴδια ἄσματα παρέλαβε καὶ τῷ διθυραμβικῷ τρόπῳ κατέμιξεν· ac Suidas ipse s. u. σκόλιον scoliolorum originem a carminibus amatoriiis in nuptiis cantatis repetere ait Aristoxenum et Phyllidem. cf. eundem s. u. Σωκράτης. Atque doctrinae Aristoxeniae posterioris aetatis homines litteratos non expertes fuisse uel inde concludas, quod συμμικτῶν eius ὑπομνημάτων librum duodecimum in epitomae formam Sopatrus redegit teste Phot. bibl. cod. CLXI p. 163 B. sed Plutarcho auctore τῶν τε γὰρ Πλατωνικῶν οἱ πλείστοι καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ περιπάτου οἱ πλείστοι περὶ τῆς ἀρχαίας μουσικῆς συντάξαι ἐσπούδασαν. de mus. p. 1131 f. — Sed totam uiam qua fragmenta illa, quae iure Aristoteli uindicasse mihi uideor, tot per secula propagata in Suidae denique notitiam

peruenerint ¹⁾ aperire res et longa est et ardua et in futuram opportunitatem differenda. Neque quae praeterea ex Aristotelis libris in Suidae lexicon commigrauerunt rimari in animo est, quamuis nonnulla eidem auctoritati deberi manifestum sit, uelut de Homeri ortu ionico (Suid. u. Ὅμηρος — Pseudo-Plut. uit. Hom. p. 21, 23 West. Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ τρίτῳ περὶ ποιητικῆς ἐν Ἰῷ φησὶ τῇ νήσῳ), de Stesichoro filio Hesiodi (Suid. u. Στησίχ. — Procl. γένος Ἑσιόδου p. 48, 80), de γυνῶθι σαντόν ecfato pythico (Suid. s. u. γν. σ. — Clem. Al. strom. I, p. 220 d P.), sed dispersorum fragmentorum priscum eundemque integrum fontem demonstrasse nunc satis habeo.

1) Lyricorum poetarum uitas plurimas a Didymo profectas esse statuit M. Schmidt Didymus, p. 302.

CAPVT II.

In eis quae hucusque disputaui postquam particulas quamuis tenues illas et paucas, sed quae ad litterarum graecarum historiam aliquantum possint conferre, componere et ad Aristotelis doctrinam reuocare studui: iam specimen aliquod diuersae originis promam, quod circa Alexandrinorum grammaticorum operam uersatur. Ac primum resuscitandam esse mihi uideo, certe breuiter adtingendam quaestionem obsoletam ac fere intermortuam, quae est de canone quem dicunt Alexandrino; quem notum est primum Ruhnkenium ita explicasse (*hist. crit. oratt.* p. 95), quasi delectum optimorum in quouis genere et poetarum et scriptorum ab Alexandrinis habitum complecteretur. Totum aedificium a Ruhnkenio exstructum qui aut labefactandum aut funditus euertendum susceperunt Godofredus Bernhardt (*wissenschaftliche Syntax* p. 31. adnot. 55 et *Grundriss der griech. Litt.* I, 159 (187 ed. II), Ferdinandus Ranke (*comment. de Aristoph. uita in Arist. Thierschiani* Vol. I, p. CIIII, sqq.), Augustus Nauck (*Aristoph. Byz.* p. 67), quamuis de summa re haud dubie recte iudicauerint, tamen ultra quam fas erat progressi esse censendi sunt. Neque enim Quintilianum, cum dicat I, 43 iudicio ita seuerè usos esse ueteres grammaticos „ut non uersus modo censoria quadam uirgula et libros qui falso uiderentur inscripti tanquam subditos summouere familia permiserint sibi, sed auctores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero“ nugari putabimus, et — ut de pedestribus scri-

ptoribus rem dubiam et incertam esse concedam — poetarum iudicium factum est ordinem constitutum fuisse Quintiliani uerba et haec et quae ex decimo libro petita infra ponam ¹⁾ perpendendi mihi certum uidetur. Vnde ut de epicorum poetarum pretio certasse Alexandrinos luce clarius adparet, ita nouom accedit Suidae testimonium, qui s. u. Πανύσις haec adfert: ἐν δὲ ποιηταῖς τάττεται μεθ' Ὅμηρον, κατὰ δὲ τινὰς καὶ μεθ' Ἡσίοδον καὶ Ἀντίμαχον. quae nemo non uidet ad dignitatem ἐποποιῶν aestimandam pertinere ²⁾. Atque reuera multum disceptatum fuisse de quinque epicorum pretio sat multi auctores sunt, imprimis de Antimacho alios aliud iudicasse, quae lis licet primum exarserit Platonis iudicio de Antimacho admodum honorifico — Ἡρακλείδης γοῦν ὁ Ποντικός φησιν, ὅτι τῶν Χοιρίλων τότε εὐδοκιμούντων, Πλάτων τὰ Ἀντιμάχου προντίμησεν κ. τ. λ. Procl. ad Plat. Tim. I, p. 28 — ab Alexandrinis praecipue grammaticis decertabatur, id quod cum diserta Proculi uerba docent, quae deinceps sequuntur: μάτην οὖν φληραφοῦσι Καλλίμαχος καὶ Δοῦρις ὡς Πλάτωνος οὐκ ὄντος ἱκανοῦ κρίνειν ποιητάς, tum ordinis quo quinque epici recensentur discrepantia. Itaque cum Callimachus eos sic sese excipere uoluisset uideatur Ὅμηρος Ἡσίοδος, Πείσανδρος,

1) X, 1, 53. Sed quamuis ei (Antimacho) secundas fere grammaticorum consensus deferat, et affectibus — deficit, ut plane manifesto adpareat, quanto sit aliud proximum esse, aliud secundum. ibid. 54. Apollonius in ordinem a grammaticis datum non uenit, quia Aristarchus atque Aristophanes, poetarum iudices, neminem sui temporis in numerum redegerunt. 58. elegiam — cuius princeps habetur Callimachus, secundas confessione plurimorum Philetas occupauit. 59. Itaque ex tribus receptis Aristarchi iudicio scriptoribus iamborum ad ἔξιν maxime pertinebit unus Archilochus. 64. Simonides — ut quidam in hac eum parte omnibus eius operis auctoribus praeferant. 72. . . ita consensu tamen omnium meruit credi secundus (Philemon).

2) Gaisfordi scripturam ὁ δὲ Π. οὗτος γέγονε κατὰ τὴν οἱ ὀλυμπιάδα· κατὰ δὲ τινὰς καὶ μεθ' Ἡσίοδον καὶ Ἀντίλ. merito improbat Bernhardt.

Πανύασις, Ἀντίμαχος, quem ordinemprehendimus in Procli chrestom. ap. Phot. bibl. cođ. CCXXXVIII, p. 319 a. B. et in eiusdem commentariolo περὶ Ὀμήρου inscripto ¹⁾: mox Antimachi gloria in tantum increescere coepit, ut reliquos omnes superare et obscurare uideretur praeter unum Homerum ²⁾. cf. Naeke Choeril. p. 68. Itaque ut rursus Platonis iudicium amplecterentur et sibi persuasisse et aliis (secundas ei fere grammaticorum consensum detulisse Quintilianus ait) uidetur Aristophanes, quem omnino φιλοπλάτωνα fuisse scimus. Exposuisse haec Aristophanem suspicor in libro cui τὰ πρὸς Καλλιμάχου πέντακας inscripsit, quem non commentarium et quasi supplementum ad Callimachi tabulas, sed potius ἀντιγραφὴν, contra Nauckium (Aristoph. Byz. p. 245) persuasit mihi Carolus Dilthey amicus, ipsumque Callimachum in πένταξι illam censuram egisse adducor ut existumem. — Nec si fabularum poetas spectamus — nam quod Thamyris (Suid. s. u. Θάμ.) dicitur ἐποποιὸς ὄγδους πρὸ Ὀμήρου, κατὰ δὲ ἄλλους πέμπτος, urgere non ausim — desunt quae huc pertineant. Itaque primum tria comoediae genera accurate a Suida discernuntur ³⁾, ita ut cuique fere nomini uerba κωμικὸς τῆς ἀρχαίας, μέσης, νέας κωμωδίας addita reperiamus, atque uel eorum, quos τῆς ἀρχαίας κωμωδίας fuisse dicit, duplicem fuisse ordinem eo ecficitur, quod Phrynichus et Aristome-

1) Is. Tzetzes in prolegg. de poetis praefixis illis scholiis in Lycophr. p. 251 Mueller: γεγόνασι δὲ ὀνομαστοὶ πέντε πονηταί· Ὀμηρος ὁ παλαιός Ἡσίοδος Ἀντίμαχος Πανύασις καὶ Πεισανδρος. Dionys. Halic. quattuor tantum enumerat, Homerum Hesiodum Antimachum Panyasin.

2) Antipater Thessal. in Anthol. gr. VII, 409 καὶ ναετήρ Κολόφρωνος ὑπέξενκται μὲν Ὀμήρῳ | ἀγεῖται δ' ἄλλων πλάθεος ὕμνοπόλων. cf. Welcker epischer Cycl. p. 107. fluctuans Alexandrinorum grammaticorum de epicis iudicium in causa fuisse suspicor, cur posteriorum temporum nugatores tanta de certamine quodam inter Homerum et Hesiodum commisso somniarent, cuius rei exemplo est libellus περὶ Ὀμήρου καὶ Ἡσιόδου καὶ τοῦ γένους καὶ ἀγῶνος αὐτῶν cf. Marckscheffel Hesiod. p. 32 sqq.

3) quamquam in hoc genere magis distribuendi, quam aestimandi uestigia animaduertimus.

nes numero τῶν ἐπιδευτέρων τῆς ἀρχαίας κωμωδίας adnumerantur, quode rectissime Meinekius (hist. crit. pag. 211) „videntur ueteres critici antiquae comoediae poetas in duas quasi classes dispescuisse, in antiquiores qui ante bellum peloponnesiacum inclaruissent, et sequiores qui ipsis belli temporibus florerent“ et conferri iubet Suidae uerba s. u. *Νικόστρατος· ἐτάχθη δὲ ἐν τοῖς κριθεῖσιν ἐπιδευτέροις δέκα ῥήτορσιν.* Qualem uero ad ordinem spectet quod Alcaeus κωμικὸς τῆς ἀρχαίας κωμωδίας πέμπτος dicitur, difficile est discernere. Meinekius (l. s. s. pag. 245) Suidam antiquam comoediam pro media nominasse conicit, Pluti Aristophaneae hypothesi nisus, qua teste Alcaeī Pasiphaë Ol. XCVII, 4 una cum secundae Pluti commissione acta est. Sed cum nouissimis eum antiquae comoediae auctoribus ad censendum esse ex titulorum indole, a qua frequentur in his rebus argumenta petenda sunt, Meinekius conlegerit, paullo propius fortasse a ueritate abesse uideare, si quintum eum τῶν ἐπιδευτέρων τῆς ἀρχαίας κωμωδίας locum obtinuisse dicas, quamuis etiam de tabula nescio qua alphabetica cogitare non sit illicitum. — Porro tragoediae quoque principum certum fuisse ordinem eis, qui neque Pleiadis analogiae neque Tzetzae uerbis uim ac fidem tribuant, satis demonstrat Suidae testimonium s. u. *Φιλίσκος· ἔστι δὲ τῆς δευτέρας τάξεως τῶν τραγικῶν, οἵτινές εἰσιν ἑπτὰ καὶ ἐκλήθησαν Πλειάς,* et s. u. *Ὅμηρος· συνηριθμήθη τοῖς ζ', οἱ τὰ δευτερεῖα τῶν τραγικῶν ἔχουσι καὶ ἐκλήθησαν τῆς Πλειάδος,* quae nisi etiam de priore ordine cogitamus intellegi nequeunt. τὰξιν hanc exhibuisse eam quae olim credebatur pentadem, Aeschylum Sophoclem Euripidem Ionem Achaëum pro certo haberi nolim, quamquam non ad stipulor Bernhardy (I, p. 159. 185) in Ionis et Achaëi utpote uilioris notae tragicorum nominibus haerenti; aliud enim nostrum iudicium est, aliud Alexandrinorum fuit. — De poetis qui heptadem ecfecerint iam antiquitus diceptatum est; nam praeter Tzetzae (*περὶ γένους καὶ βίου καὶ τῶν γεγραμμένων* *Λυκόφρονος* I, p. 263 Mueller) ineptias, Theocritum Aratum Nicandrum Apollonium cum Philisco Homero Lycophrone coniungentibus, septem tragicis a Suida

commemoratis, Alexandro Dionysiadi ¹⁾ Lycophroni Homero Sositheo Sosiphani Philisco additur Aeantides a schol. Hephaest. 9, p. 57 Gaisd. cf. ibid. pag. 199, quare Naekio ad-sentiendum uidetur dicenti p. 45 „Nullum igitur ex his octo quos dixi cum specie iuris ex Pleiade remouere poterimus uideturque adeo inter antiquos ipsos de illis discrimen fuisse.“ At palma non dubium est quin Dionysiadi tributa sit, ut diserte ait Strabo VIII, p. 675 ποιητῆς δὲ τραγωδίας ἄριστος τῶν τῆς Πλειάδος καταριθμουμένων (καταριθμούμενος Bernhardy. II, 2, 70) Διονυσιάδης. — Postremum τάξεως exemplum accedit lyricorum poetarum poetiarumque numerus nouenarius, de qua re hoc loco non est quod agam.

Maiores momenti deinde indicia sunt quae in scaenico-
rum poetarum uitis occurrunt, quot quisque fabulas
et quonam euentu in scaenam commiserit. denique quae subditiciae et ab alio auctore confectae circumferantur. Atque de uictoriis Alexandrinis grammaticis praesto erant libri περὶ διδασκαλῶν conscripti, ita ut quaecunque istiusmodi indicia apud Suidam inueniuntur fide dignissimae habendae sint. De fabularum numero ut certi quid statui posset eo factum est, quod moles librorum qui in bibliothecis congesti erant a bibliothecariis digerebatur et indicibus consignabatur. quali munere in genere dramatico Alexandrum Aetolum et Lycophronem Chalcidensem functos esse scimus; sed in his cauendum est, ne propter diuersorum de eiusdem poetae fabulis testimoniorum discrepantiam fidem detrahamus. Nam turbae quas in omnibus his rebus deprehendimus ingentes et inextricabiles ²⁾ quam uario modo oriri potuerint facile intellegitur; primum enim mirum quantum librariorum in numeris describendis incuriae tribuendum est; accedit — ut reliqua mittam — quod unius fabulae duo tresue saepenumero dicebantur auctores,

1) falsus est Naekius (schedae critt. in opusc. I, p. 45), Dionysiadis nullam apud Suidam fieri mentionem.

2) de Sophoclearum tragoediarum numero rem ad liquidum perductam esse censeo a Theodoro Bergk, commentat. de uita Soph. p. XXXVIII adn. 156.

ita ut incerti haerent grammatici, ad quemnam referenda esset. Hinc, ut exemplo ex sexcentis uno utar, discrepantia quae apud Suidam s. u. *Πλάτων* inter uerba *δράματα αὐτοῦ καὶ* et titulorum qui deinceps enumerantur numerum (XXX pro XXVIII) intercedit repetenda est; nam eandem fuisse Platonis atque Aristophanis *Daedalum* nemo, credo, post Helbigium (quaest. scaen. p. 34.) infitias ibit, itemque de *Σκευαὶ* fabula teste Chamaelèonte ap. Athen. XIII, 628 e inter Platonem et Aristophanem fluctuabat iudicium, denique *Συμμαχία* a Cantharo profecta esse credebatur (Priscian. XVIII, 170 p. 1169 P.) ⁵⁾, quode quae olim fuit Meinekii opinio (pag. 163) ratiocinatione Helbigiana infringitur. — Haec uiam muniunt ad quaestionem latius patentem quae est de fabularum titulis qui a Suida enumerantur.

Atque tragoediarum quidem titulos examinantibus nobis primo loco sese offert ordo alphabeticus, siue integer seruatus, siue obscuratus ille et in integrum restituendus. Hanc indolem prae se ferunt fabularum catalogi, qui sub Lycophronis Philoclis Clephontis Diogenis Nicomachi Timesithei Apollodori nominibus recensentur, et maxime quidem Lycophronis Philoclis Clephontis tragoediarum indices accurate ad ordinem alphabeticum compositos esse uidemus. *Λυκόφρων*. — εἰσὶ δ' αἱ τραγωδίαὶ αὐτοῦ *Αἰόλος Ἀνδρομέδα Ἀλήτης Αἰολίδης Ἐλεφάντωρ Ἡρακλῆς Ἰκέται Ἰππόλυτος Κασσανδρεὺς Λάιος Μαραθῶνιοι Νάυπλιος Οἰδίπους α' β' Ὀρφανός Πενθεύς Πελοπίδαι Σύμμαχοι Τηλέγονος Χρύσιππος*. — *Κλεοφῶν*. *Ἀκταίων Ἀμφιάραος Ἀχιλλεύς Βάκχαι Δεξαμενός Ἡριγόνη Θυέστης Λεύκιππος Πέριος Τήλεφος*. denique *Φιλοκλήης*. *Ἡριγόνη Νάυπλιος Οἰδίπους Οἰνέως Πρίαμος Πηνελόπη Φιλοκτήτης*. Namque ne illud nos offendant, quod Lycophronis *Πενθεύς* — *Πελοπίδαι* titulus non antecedit, sed excipit, itemque Philoclis *Πρίαμος* ante *Πηνελόπην* ponitur, uetat quod etiam in catalogo fa-

1) *Πλάτων* δὲ ἢ *Κάνθαρος συμμαχία*. Porson aduersar. p. 298.

bularum Aeschylearum primae tantum litterae rationem habitam esse uidemus, neque alia res est librorum Theophrasteorum tabulae Laertianae et scriptorum quos ex Stobaeo enumerat Photius bibl. cod. CLVII p. 114 sq. B. — Neque magis s. u. Διογένης post fabulam: Χρύσιππος inscriptam Σεμέλη titulum additum mirabimur, cum drama satyricum fuisse Σεμέλην Welckerus admodum probabiliter coniecerit eamque seorsum fuisse recensitam non absonum uideatur, cf. Curtius Wachsmuth in philologi uol. XVI pag. 662, Welcker, die griech. Tragödien pag. 1036. — Aliquanto difficilius est ordinem fabularum Nicomachi indagare, quamuis uiam egregie muniuerint Welckerus (l. l. s.) et Meinekius (hist. crit. p. 496), uiri summi. Suidae uerba haec sunt: Νικόμαχος — τραγικός, γράψας τραγῳδίας ἡ δὲ καὶ αἶδε· Ἀλέξανδρος, Ἐριφύλη Γηρονόης, Ἀλητίδης Εἰλείθνια Νεοπτόλεμος Μυσοί Οἰδίπους Πέρσις Πολυξένη Τριλογία Μετεκβαίνουσαι Τυνδάρεως ἢ Ἀλκμαίων Τεῦχος. Primum rei-cienda est Bernhardyi opinio, huic indici eximendum esse Οἰδίπους titulum, quippe quem Suidas unicum adferat Nicomachi Atheniensis; nam alterum Nicomachum Suidam sibi finxisse et unum tantum exstitisse φάσει Alexandrinum, θέσει Atheniensem dilucide demonstrauit Meinekius (comment. misc. I, 7; hist. crit. p. 497), eique Welckerus adstipulatur (gr. Trag. p. 1014). Itaque Nicomacho tragico non est cur Oedipum fabulam abrogemus. Contra iure ei Ili-thyiam abdicabimus, quam comoediam fuisse et fragmentum ostendit ab Athenaeo (VII, 290 f.) seruatum et ipsa inscriptio; nam quod N. Schowius (de charta papyr. p. 71) fabulam satyricam fuisse adfirmat, rectissime Meinekius pag. 496 ex ipsa illorum uersuum natura refutasse censendus est. Item Μετεκβαίνουσαι iniuria Nicomacho tragico adscribi solere, facile cum Welckero et Bernhardyo concedemus Meinekio; uerum Γηρονόης tragoediam non potuisse solum inscribi, sed reuera fuisse inscriptam — quode dubitasse uideo Meinekium eam praecipue ob caussam, quod Ephippi Geryonis comoediae mentio facta est ab Athenaeo VIII, 346 — quam certissime conligi potest ex Aristot. probl. XVIII, 48 ubi exponit Aristoteles, διὰ τί οἱ ἐν

τραγωδία χοροὶ οὐθ' ὑποδωριστὶ οὐθ' ὑποφρυγιστὶ ᾄδουσιν; — ᾄθους δὲ ἔχει ἢ μὲν ὑποφρυγιστὶ (ἁρμονία) πρακτικόν, δι' ὃ καὶ ἐν τῷ Γηρυόνη κ.τ.λ. Neque Welckero non possum obloqui Tyndareum comoediae uindicanti, cum ex Sophoclis Tyndareo uersus nonnullos proferat Stobaeus (floril. 105, 3), quos ex tragoedia desumptos statuamus necesse est. Sed Alcmaeonem et Eriphylen eiusdem fabulae inscriptionem neque Πέρσιν a Polyxena diuersam esse non dubium est quin recte Meinek. et Welckerus arbitrati sint. De Τριλογία dubia res est: quam cum Welckerus Διθύραμβος Σάτυροι Τραγωδοὶ titulos comparans comoediam habere maluerit, Meinek. hoc uocabulo trilogicam compositionem fabularum Τυνδάρως Ἀλκμαίων Τεῦκρος, Bodius (hist. poes. gr. III, 548) Νεοπτόλεμος Μυσοὶ Πολυξένη significari suspicati sunt. denique quod Μυσοὶ errore nescio quo post Νεοπτόλεμον recensetur leuissime est; grauiorum difficultatem mouet Ἀλητίδης, quod in Ἀλετριδες Bernhardys, in Ἀλήτης Meinek., in Ἀλήτιδες Geel. (de Telepho Eur. p. 2) mutauerunt. Quae quidem coniecturae ut aequae omnes incertae sunt, ita ne sic quidem ordini consulitur. Neque quod fuit cum conicerem, pro ΑΛΗΤΙΔΕΣ scribendum esse — ΔΑΦΝΙΔΕΣ siue ΔΑΝΑΙΔΕΣ, habet quo commendetur, nisi quod et titulus infertur aliunde notus et perturbato litterarum ordini medela paratur. Ergo totum ordinem sic fere licet redintegrare:

Ἀλέξανδρος Ἀλκμαίων ἢ Ἐριφύλη Γηρυόνης * Δαναῖδες Μυσοὶ Νεοπτόλεμος Οἰδίπους Πέρσαι ἢ Πολυξένη [Τριλογία] Τυνδάρως Τεῦκρος.

Iam titulorum tabula concinit cum eo, quod Suidas undecim Nicomachum fabulas scripsisse antea dixerat.

Progredior ad Timesitheum de quo Suidas: δράματα αὐτοῦ Δαναῖδες β' Ἐκτορος λύτρα Ἡρακλῆς Ἰξίων Καπανεύς Μέμνων Μνηστῆρες Ζηνὸς γοναί Ἐλένης ἀπαίτησις Ὀρέστης καὶ 1) Πυλάδης Κόστωρ καὶ Πολυδεύκης. Quo in

1) καὶ particulam Meinek. inseruit.

indice recte omnia procedunt, si Ζηνὸς γοναί et Ἑλένης ἀπαιτήσεις excipiantur, quorum alterum (Ζηνὸς γοναί) traegodiae inscribi non potuisse post Welckerum (Nachtrag zur Tril. p. 313) nemo, puto, infitiabitur; fuit potius aut drama satyricum (Welcker gr. Tr. p. 1047) aut comoedia, ueluti Ἀφροδίτης γονὰς scripsisse traduntur Antiphanes Nicophon Polyzelus, Ἀφροδίτης καὶ Ἑρμοῦ γονὰς, Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος γονὰς Philiscus — aut denique hymnus¹⁾ fortasse Timothei. Pari modo Ἑλένης ἀπαιτήσεις uerba errore in Suidae tabulam inrepsisse facile nobis persuadebimus, ubi Ἑλένης ἀρπαγὴ et Ἑλένης μνηστῆρες Alexidem comoediis suis inscripsisse meminimus.

Denique quae Suidas recenset dramata Apollodori Tarsensis ea non dubito quin etiamnum quantumuis obturbata speciem pristini ordinis ostendant. δράματα αὐτοῦ Ἀκανθοπλῆς Τεκνοκτόνος Ἑλληνες Θυέστης Ἰκέτιδες Ὀδυσσεύς· quibus in uerbis Ἀκανθοπλῆς uocabulam ad Ὀδυσσεύς referendum esse certissima Porsoni coniectura est. Verum idem num recte Θυέστης et τεκνοκτόνος uerba iunxerit, difficile est diiudicare. Fuerunt qui de Athamante cogitarent; non male, sed praestat fortasse cum Welckero iterum Vlixem intellegere Euyali filii interfectorem (pag. 1046) totumque ordinem hunc in modum refingere:

Ἑλληνες Θυέστης Ἰκέτιδες Ὀδυσσεύς ἀκανθοπλῆς Ὀδυσσεύς τεκνοκτόνος, aut si alteram rationem praeferamus: [Ἀθάμας] τεκνοκτόνος Ἑλληνες Θυέστης Ἰκέτιδες Ὀδυσσεύς ἀκανθοπλῆς.

Iam postquam septiens in fabulis enumerandis ordinem alphabeticum aut integrumprehendimus aut probabiliter restituimus, quaestio oboritur, unde horum titulorum notitiam Suidas hauserit. Quos cum sacpenumero soli Suidae innotuisse nec ab ullo alio scriptore commemoratos esse

1) cf. Menander de encom. VIII, 149 Walz. ἀλλ' ἐπεὶ εὐρηται καὶ τοῦτο τὸ εἶδος τῶν ὕμνων παρὰ τοῖς ἀρχαίοις καὶ ἤδη τινὲς καὶ Διονύσου γονὰς ὕμνησαν καὶ Ἀπόλλωνος γονὰς ἕτεροι καὶ Ἀλκαῖος Ἡφαιστοῦ καὶ πάλιν Ἑρμοῦ. Timothei autem nomen in Timesitheo corruptum esse non dissimile est ueri.

nideamus, ad tabulas Alexandrinās uel Pergamenas referendos esse cuius, credo, adparebit. Namque *πίνακας* qui olim chronologicum ordinem tueri credebantur plerosque secundum litterarum seriem confectos fuisse, de eo iam nihil controuersiae superesse puto, cf. Wex in nouo museo Rheno II, p. 146. Iahn, ibid. III, p. 140. Wachsmuth Philol. XVI, p. 662. Nam ut pedestris orationis scriptores taceam ¹⁾, eandem originem manifestat catalogus fabularum Aeschylearum, eandem index Euripidearum (Winckelmann monum. ined. n. 168). Quapropter septem illis tragoediarum indicibus maxima tribuenda est auctoritas, id quod rectissime intellexit Welckerus pag. 1036.

Iam breuiter examini subiciam eos titulos in quibus certus ordo desideratur. Atque de Iophon te Suidas haec tradit: *δράματα δ' Ἰοφῶν ἐδίδαξε ν' ὧν ἐστὶν Ἀχιλλεύς Τηλέφος Ἀκταίων Ἰλίου πέρσις Δεξαμενός Βάκχαι [ῆ] Πενθεύς καὶ ἄλλα τινά.* Totum hunc catalogum nihili esse, sed mero Suidae aliusue grammatici errori deberi dudum intellectum est; quippe omnes tituli s. u. *Κλεοφῶν* Cleophonti tribuuntur ibique unice locum suum tuentur, quoniam pristinum seruauerunt ordinem et Cleophontis fabulas alii scriptores, imprimis Aristoteles, aliquotiens respexere, Iophonis nunquam. Eiusdem erroris coarguitur Stobaeus, qui in ecl. II, 1, 9 p. 10 tres uersus ex Iophonis Bacchabus memoriae prodidit, unde inueteratum illum errorem fuisse intellegimus. Obiter hoc loco monitum uelim, Iophonis fragmentum quod apud Nauckium legitur primum (fragm. tragg. p. 591), seruatum illud a Clemente Alexandr. strom. I, p. 329 P., omnino a nostro poeta alienum esse, cum uerba

καὶ γὰρ εἰσελήλυθεν

πολλῶν σοφιστῶν ὄχλος ἐξηρτυμένος

toto coelo a tragica dictione discrepent comicamque potius originem redoleant. Quid uero, quod Clemens l. s. s. tragici poetae Iophonis nullius mentionem facit, sed ait *Ἰοφῶν*

1) de eadem re apud Romanos cf. Fridericus Ritschl de Plauti Bacchidibus, Vratisl. a. h. s. XXXVI. p. 3 et Parerg. p. 391.

τε, ὁμοίως δ' κωμικὸς ἐν Ἀλφειοῖς σατύροις ῥαψωδῶν — λέγει? Ne multa, scribendum est [N] ι[κ] ο φ ῶ ν ὁ κωμικός.

Quos deinde adfert Suidas Carcini fabulas, subpedi-
tauit ei Athenaeus, e quo totiens hortulos suos inrigauit.
Ille enim Ἀχιλλεύς fabulam citat V, p. 189 d, Σεμέλην XIII,
559 f; eodem ordine tituli redeunt apud Suidam, qui per-
multorum aliorum, quos Aristoteles Plutarchus Diodorus
Harpocratio Stobaeus commemorant, nullum habuit cognitum.
— Similis condicio est fabularum quas Suidas s. u. Σπίν-
θαρος et Εὐριπίδης (ὁ νεώτερος) profert, quas cum
alicubi citatas reperiret conguessit aliorum fontium incurio-
sus. Sed ne flocci quidem faciendum est, quod Thespidi
Suidas adscribit dramata haec Ἀθλα Πελοῖον ἢ Φόρβας,
Ἱερεῖς Ἡῖθεοι Πενθεύς, quoniam Thespin nunquam scripti
quidquam in uolgos edidisse deberique et titulos et fragmenta
fraudi illi Heraclidis Pontici — φησὶ δὲ Ἀριστοῦξενος ὁ μου-
σικὸς καὶ τραγῳδίας αὐτὸν ποιεῖν καὶ Θέσπιδος αὐτὰς ἀνα-
γράφειν Diog. Laert. V, 92 — egregie Bentleius demon-
strauit. (Phalarid. p. 281). — Hactenus de tragicis.

Atque duplex illa ratio, qua tragoediarum indices par-
tim e priscis bonisque fontibus repetendos, partim e scri-
ptoribus ac praesertim ex Athenaeo conlectos et conflatos
esse demonstratum est, uel maiore cum perspicuitate in
comicorum βίοις euinci potest.

A tabulis Alexandrinis deriuati sunt catalogi fabularum
Cratetis Nicocharis Philyllii Platonis Phormi,
fortasse etiam Calliae Phrynichi Philisci. Pri-
mum Cratetis Platonis Philyllii Phormi comoediae littera-
rum seriem etiamnum stricte tenent; nam fabularum a
Philyllio factarum indici post Φρεωρύχος — Ἀταλάντη,
Ἐλένη uocabula errore addita esse recte statuit Meinekius
pag. 259. Deinde post Σάμιοι Crateteae titulum „Τόλμαι“
intercidisse coniecit Iungermannus ad Polluc. VIII, 53, quo
simul satisfit eis quae antecedunt uerbis δράματα δ' αὐ-
τοῦ εἰσὶν ἐπτά, quocum concinit anonymus περὶ κωμῳδίας
pag. 162, 33 Westerm. τοῦτον δράματά ἐστι ζ'. sunt igitur
Γεῖτονες Ἡρώες Θηρία Λύμια Πεδῆται Σάμιοι Τόλμαι.
Phormi autem fabularum numero, si quid uideo, eximen-

duus est titulus Ἀλκίνοους ex mera uocis Ἀλκύνους ditographia exortus, quippe quo tragoedias inscribi non insolitum fuisse docet Aristot. poet. cap. XVI. pag. 1455 a; neque uero octo sed septem Suidam habuisse cognitos ex eis quae antecedunt uerbis ἔγραψε δράματα ζ', ἃ ἔστι ταῦτα adparet.

Mox difficultatem quae in Nicocharis titulorum serie occurrit Ἀμυμώνη Πέλοψ Γαλάτεια Ἡρακλῆς γαμῶν Ἡρακλῆς χορηγός Κρητες Λάκωνες Ἀήμνιοι Κένταυροι Χειρογόστορες, facile ita possumus expedire, ut plenum fabulae titulum fuisse Ἀμυμώνη ἢ Πέλοψ ex Oenomai mentione in Amymone facta ap. Athen. X, 426 e cum Meinekio (pag. 253) concludamus. Neque de Callia dubitarim, cum sex fabularum quas Suidas recenset: Αἰγύπτιος Ἀταλάντη Κύκλωες Πεδῆται Βάτραχοι Σχολάζοντες tres tantum, Atalantam Cyclopes Pedetas, ab aliis scriptoribus commemorantur, nec de earum quas Philiscus scripserit fabularum ordine; nam quae praeter litterarum seriem adduntur Ἐρμού καὶ Ἀφροδίτης γοταί, eas et omisit Eudocia et iure addubitauit Lobeckius Aglaoph. I, p. 437. — De Phrynico res in medio relinquenda est.

Contra quo modo ipse Suidas in tabulis conficiendis uersatus sit apprime docet conspectus comoediarum Theophili Nicostrati Timoclis, quarum omnem notitiam uni fere Athenaeo debuit. Suid. s. u. Τιμοκλῆς ¹⁾.

τῶν δραμάτων αὐτοῦ.	Δημοσάυροι	Athen. III, 165 f.
	Κένταυρος	VI, 240 d.
	Καύνιοι	VI, 240 d.
	Ἐπιστολαί	VI, 240 e.
	Ἐπιχαιρέκακος	VI, 241 a.
	Φιλοδικαστής	VI, 245 b.
	Πυκτής	VI, 246 d.
	Διονυσιάζουσai	VI, 223 b.
	Πολυπράγμων	VIII, 339 e.
	Ἰκάριοι	VIII, 342 a.

1) unum Timoclem in duos immerito Suidam dispescuisse adparet.

Δῆλος	Athen. VIII, 341 f.
Δήθη	" VIII, 407 d.
Διόνυσος	" VIII, 407 e.
Κονίσσαλος	" X, 430 f.
Πορφύρα	" X, 431 a ¹⁾ .
Ἡρώες	" X, 455 f ²⁾ .
Δρακόντιον	" [VI, 237 d.]
Νέαιρα	" XIII, 561 d.
Ὀρέστης	" XIII, 567 e ³⁾ .
Μαραθῶνιοι	" XIII, 570 f.
et s. u. Θεόφιλος· τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστίν	
Ἰατροῦς	Athen. VIII, 340 d.
Ἐπιδάυριος	" X, 417 a.
Παγκρατιαστής	" X, 417 b (et III, 95 a)
Βοιωτία	" XI, 472 d.
Προιτίδες	" XI, 472 e.
Νεοπτόλεμος	" XIII, 560 a.

Eandem rationem esse adparet ibi, ubi Athenaeus auctor commemoratur, quamvis plerumque perpauca tantum tituli adferantur; earumque glossarum tota ea est indoles, ut nil nisi nomen et inscriptiones nonnullas exhibeant. Ex duobus uero exemplis, quae supra scripsi, adparet, quo fortuito ordine diuersorum comicorum fragmenta Athenaeus commemorauerit, eodem Suidam titulos enumerare ⁴⁾, ita tamen, ut nonnunquam non primi, sed posterioris apud Athenaeum loci rationem habuerit. Neque tamen cum Bernhardyo facere possum, totum hoc genus postea demum ex Athenaeo in Suidam translatum censente (in doctissima diss. „de interpolatoribus Suidae“ editioni suae praefixa), nixo illo non alio argumento, quam quod Eudocia in suum usum non conuerterit. Quid quod Suidas, ne prorsus nihil praesti-

1) et antea VII, 319 a.

2) et antea VI, 244 e.

3) Ὀρεσταντοκλείδης Athenaeus.

4) quamuis eos aliquotiens ad litterarum ordinem redegerit.

tisse uideretur, poetarum nominibus Ἀθηναῖος uocabulum nonnunquam adiécit nil nisi uana commentus? Denique nominum permutatione aliisque erroribus aut Suidas aut quorum ille auctoritatem secutus est decepti inania non pauca tradidere, ueluti cum Timothei comoedias quattuor Suidas recenset, quarum unam tantum modo, *Κυνάριον* inscriptam, ab ipso profectam esse Athenaeus auctor est (VI, p. 243 e), *Πύκτης* autem Timoclis, *Παρακαραθήκη* Timostrati, *Μεταφερόμενος* Posidippi fabula est. Item Theognetus cum Theodorida confusum esse suspicor; quippe *Κεταύρου* (Suid. u. *Θεόγνητος*) Athenaeus mentionem inicit nullam, sed potius dithyrambi Theodoridae hoc nomine inscripti (XV, 699 f.). Postremo hunc illumue titulum ex reconditis quibusdam sed eisdem sequioris aetatis fontibus Suidas desumpsit, e scholiis potissimum eosque reliquis ex Athenaeo petitis addidit, uerbi caussa, quod Lysippi fabulam *Βάκχαι* inscriptam adfert (ex Athen. III, 124 d) et deinde dicit, καὶ ἕτερα αὐτοῦ δράματα, *Θυροκόμος*, quam uocem rectissime a Meinekio addubitatam (p. 216) in *Θυροκόπος* mutandam esse arbitror, cf. Suid. s. u. *Θυροκονεῖται*.

De industria omisi titulos, qui Phrynichi tragici, comicorum Philonidis Chionidis aliorum nominantur, quippe qui paucis uerbis tractari nequeant. Atque omnino in disputatione mea amplectendum censui Abulfedae illud:

„uerum in his tenendum, non esse abiciendum totum,
quod totum cognosci nequeat.“

ERRATA

- p. 13, u. 10 leg. p. 19.
p. 26, u. 18 leg. ὀγδοος
p. 28, n. 20 leg. dignissima habenda
p. 32, adn. 1 leg. Timesitheï

Bonnae, formis Caroli Georgi.

Verlag von **Henry & Cohen** in Bonn:

Boecking, E., Abriss der Institutionen des römischen Privatrechts. 1860. 1 Thlr. 10 Sgr.

Boecking, E., Pandekten. Grundriss eines Lehrbuches des gemeinen auf das römische Recht gegründeten Civilrechts. Mit Quellen und Litteratur-Angaben nebst Chrestomathie. Fünfte umgearbeitete Auflage. 1861. 2 Thlr.

Deiters, H., De Hesiodia Scuti Herculis descriptione. Commentatio philologica. 1858. 12 Sgr.

Heimsoeth, Fr., Die Wahrheit über den Rhythmus in den Gesängen der Griechen. Nebst einem Anhang über die Aufführung der griechischen Gesänge. 1846. 12 Sgr.

Heimsoeth, Fr., Pindars erste pythische Ode. 1860. 10 Sgr.

Heimsoeth, Fr., Die Wiederherstellung der Dramen des Aeschylus. Die Quellen. Als Einleitung zu einer neuen Recension des Aeschylus. 1861. 3 Thlr.

Wir glauben diese Schrift, in welcher der Herr Verfasser die überraschendsten Aufschlüsse über eine namentlich aus der geschichtlichen Ueberlieferung herfließende authentische Wiederherstellung der Dramen des Aeschylus gibt, auch beiseiungsweise schon eine Menge der besprochensten Räthsel des äschylischen Textes löst, als eine der gründlichsten und folgenreichsten Arbeiten der Neuzeit auf dem Gebiete der Kritik allen Philologen anempfehlen zu dürfen.

Helbig, Wolfg., Quaestiones Scaenicae. 1861. 9 Sgr.

Klein, Dr. J., De partibus formisque, quibus tragoediam constare voluit Aristoteles. 1858. 6 Sgr.

Klein, Dr. J., Die wichtigsten Regeln der griechischen Syntax. Zur Repetition für Prima und Secunda. 1861. 7½ Sgr.

Maurenbrecher, Guil., de historicis decimi seculi scriptoribus qui res ab Ottone magno gestas memoriae tradiderunt. 1861. 15 Sgr.

Nake, Bruno, Historia critica M. Tulli Ciceronis epistularum. 1861. 10 Sgr.

Wehle, Guil., Observationes criticae in Petronium. 1861. 12 Sgr.



